OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=12045 page 1/2
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 3050
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.



*obſteet, ſoll der hayligen allgemaynen Chriſtlichen khirchen erkantnus, leer vnd catholiſchen conſens genzlich weychen vnd vnderworffen ſeyn.* Hic idem Tractatus latine habetur *Cod.* praeced.

## CCCLIV.

30 Codex chartaceus germ. Sec. XV. Folior. nunc 375. f. max. cum in fine pauca deſint. Pertinuit olim ad Coenobium O. S. B. *Viennae ad Scotos* dictum, eique dono datus fuit a *Joanne Konſtorffer cive Viennenſi*, ut in fronte operis memoriae proditum eſt. Continetur eo vaſti Tractatus dogmatico - moralis ab *Ulrico Parocho in Potenſtain* Auſtriae infer. oppido conſcripti *Pars tertia* ſive *Explanatio Symboli Apoſtolorum*, in cujus *Praefatione* Autor ait, ſe laborem hunc ſuſcepiſſe ad obtinendam peccatorum ſuorum veniam; *Auch gedacht ich mir wie lobleicher vnd peſſer wer — man leſe in dem puch denn in den püchern der alten* ſagmer, *oder in dem* Tytrell. *oder in* dietreichs von pern. *vnd der andern rekchen* (Gigantum vel heroum) *ſtreyt püchern. Die nicht anders denn eytle ding leren vnd ſagen.* Ait item, potiſſimam hujus Operis partem a ſe, cum Viennae, tum alibi, populo pro Concione propoſitam fuiſſe, moxque ad illius oeconomiam univerſam ſic progreditur: *Daz erſt tail leret wie man daz tegleich gepet daz Criſto Jeſu vnſerm hayler vnd tröſter aus ſeinem mund gegangen iſt verſteen ſchulle, und daſſelbig beheldet dreyczehn capitl. Das ander tail leret wie man den engliſchen gruz verſten ſulle, vnd daz ſelbig beheldet Siben capitl. Daz dritte tail* (adeoque Codex noſter) *ſagt von den czweliff artikeln vnd ſtukchen chriſtenleiches gelaubens. Vnd der ſelbig tail beheldet zwayundczwainczig Capitl. Der virde tail machet offenbar wie man daz wirdig lobgeſankch der hochgelobten chüniginn marie daz Magnificat verſteen ſchulle. Vnd wie ſi damit die czehn gepot in den czehen verſen beſungen hab. Vnd der tail beheldet acht vnd czwainczig Capitl vnd alſo ſind des ganczen puechs Sibenczig Capitl.* Praefationi huic ſubſcriptum eſt: *Die vorred gehört czu dem ganczen puech yedoch mag man ſie ainem yeden tail des puches czuſchreyben.* Sequitur *Index Alphabeticus* rerum, tum Tractatus ipſe hoc rubro: *Hie hebt ſich an daz dritte tail des Puechs daz her* Vlreich *weylent* pharrer ze potenſtain *Zeſamm geleſen vnd in dewtſch pracht hat* &c. Initium: *In den erſten Zwain taylen ditz puechs hab ich nach chlainem vermügen ausgerichtet das gemain tegleich gepet vnſers herren Criſti Iheſu. Vnd den engliſchen gruez in dem andern tail. Nu in dem dritten tail wil ich etzwaz ſagen von den zweliff ſtukchen Chriſtenleiches glaubens* &c. Multa per decurſum Operis diſputantur contra Waldenſes. Pag. 311. ubi de *Purgatorio* agitur, vox haec redditur per germanicam

2019-07-24

OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=12045 page 2/2
**Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 3050**
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.



manicam numero plurali *die Weiczen*, quam etiamnum a plebe Auſtriae ſuperioris pro Spirituum apparitione ſignificanda uſurpari audias. Articulo *Symboli* IX. prolixa de VII. *Sacramentis* tractatio inſerta eſt. Ultima Codicis noſtri verba ſunt: *Darumb iſt der Hilffe.* An Autor noſter *Ulricus* ille *de Patavia*, artium Mag. Theologiae Baccal. et Canonicus *Vienn.* fuerit, qui 1405 et 1409. Decanatu philoſophico, 1415. vero Rectoratu Univerſit. functus eſt, aſſerere non audemus.

## CCCLV.

820 Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 112. 8. Congeries eſt Locorum Hiſtoriae ſacrae Vet. et N. Teſtamenti adſumtorum ad firmandas et illuſtrandas Fidei veritates in certa Capita tributas, quorum hic Syllabus praefixus eſt: De Deo f. 1. De Lucifero f. 3. De Maledictione Adami f. 5. De Morte f. 7. De Prophetiis de Chriſto f. 9. De Reſurrectione f. 11. De Antichriſto f. 14. De Signis ante diem Judicii f. 17. De extremo Judicio f. 20. et 22. De Purgatorio f. 28. De Inferno f. 30. De Poenis f. 32. De Coelo f. 34. De Beatis f. 40. De Caſtigationibus in hac vita f. 43. De ſacris Remediis Morborum f. 47. De Vita humana f. 51. De Miraculis f. 59. usque ad finem. Titulus vernaculus eſt: *Etliche gewiſſe Tractätlein von Gott der Ewigkheit &c. Alles mit vleyſs zuſamben gezogen Auſs der Heiligen Schrifft der Bibel vnndt bewärten Scribenten der katholiſchen kürchen.* Initium vero: *Gott iſt Immer Vnd Ewig vor der Weldt Anfang.* &c. Fabulis non ſatis abſtinet Compilator; ita f. 57. habes Comitem illam *Hennebergicam* uno partu CCCLXIV. proles effundentem.

## CCCLVI.

Codex chartaceus lat. Sec. 225
XV. Folior. 200. f. partim per duas columnas, partim lineis longis exaratus complectitur ſequentia: I. *Johannis Marienwerder* Prof. *Pragenſis Expoſitionem Symboli Apoſtolorum*, quam praecedit Tabula alphabetica hoc initio: *Pro tabula expoſitionis ſimboli apoſtolorum eſt ſciendum* &c. Sequitur Prologus: *Venite ambulemus in lumine dei noſtri* &c. Demum *Symbolum* articulatim et prolixe declaratur. Autor eam opinionem, quae multum olim viguit, ſequitur: a ſingulis Apoſtolis ſingulos Articulos collatos fuiſſe, cetera catholicus eſt, atque ubi de *Euchariſtia* tractat, nihil de neceſſitate duplicis Speciei adſtruit. Ad calcem legitur: *Explicit expoſicio ſymboli magiſtri iohannis Marienwerder venerabilis doctoris ſtudij pragen.* Virum hunc e *Pruſſia*, ut videtur, oriundum in *Balbini Boh. docta* non reperi.

II. *fol.* 85. *Incipit tractatus Magiſtri hainrici De haſſia de contractibus.*



2019-07-24